



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**AntiLutherus Judoci Clichtouei Neoportuensis. Doctoris  
Theologi, Academiae Parrhisie[n]sis**

**Clicthove, Josse**

**[Köln], 1525**

**VD16 C 4189**

Institutionem monasticam nequaquam impedire officia charitatis: nec  
ociosos aut desides enutrire. XXII

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36183**

## LIBER TERTIVS

abolendū sit. **Hæc Lutherus.** Sed quo tanta uerborū tendit fatra-  
gorinaniter iactata? cum nullus unq̄ dixerit posse quē piā uouere,  
ne obediatur parētibus aut succurrat proximis, aliud ue dei mādatū  
transgrediat. quēadmodū uidef his uerbis subindicare **Lutherus:**  
monasticæ uitæ prædicatores id docere. **Quid itē opus est illa uoti**  
interpretatione: quam nequicq̄ subtexit? cum nunq̄ id contingere  
possit: ut propter uoti obseruationē, obediētia parētibus debitā q̄  
deneget, aut proximis non succurrat, eo quidē modo: quo pro sui  
status ratione id officiū præstare debet. **Quid præerea necesse fue-**  
rat admonere: uotū ipsum debere ipsi mādato dei cedere, & abolē-  
dū potius esse uotū q̄ uiolandū dei præceptū: cū nunq̄ illud eueni-  
re queat: q̄ uotū monasticū alicui dei præcepto repugnet, aut ulla  
inter uotū & dei præceptum sit controuersia uel dissonantia.

¶ Institutionē monasticā, nequaq̄ impedire officia cha-  
ritatis: nec ociosos aut desidēs enutrire. Cap. XXII.

**I.** **D**odecima Lutheri obiectio. **Charitas**, libera est  
nullis personis proprie addicta. **At** monastici, sibi &  
suis tantum charitatem alligāt: aliorū negligētes. **Im-**  
mouidentur monasteria contra monasteria, & ordi-  
nes aduersus ordines, odia gerere mutua & discor-  
dias. **Vera** autem illa charitas quæ omnibus exposita est, ad seruiē-  
dum amicis & inimicis: est illis prohibita & illicita. **Quia** (ut ante di-  
ctum est) religioso non licet exire monasteriū, uisitare infirmos, &  
alia **Christiana** obsequia impendere: etiam si opus sit, & possit. **Im-**  
mo contra peruertentes omnia, positis manuū operibus ipsi ociosi,  
sinunt solis sibi bene fieri à toto mundo: omnium substantiam de-  
uorantes, bene sani & robusti, magno etiam incommodo uere pau-  
perum. **Rependunt** uero suis benefactoribus opera misericordiæ  
spiritualia: orationes & missas infructuosas. **Certe** damnabile est in  
eo uitæ genere inueniri, quod non nisi ociosos homines gignit: qui  
uelut locustæ, erucæ & bruchi, aliorum omnium substantiam de-  
uorant. ipsi uero nullis seruiunt, nullis exhibent charitatē: nullis be-  
nefaciūt. **Hæc Lutherus.** ¶ **Responsio.** **Hæc** cauillatio nō tam cō-  
torquet in religionem monasticam tela impugnatōria: q̄ conuitia  
in eandem probra q̄ certatim exaggerat & expuit, quibus tamen,  
sine conuitijs respondere annitemur. **In primis**, liberam esse chari-  
tatem.



tatem, expansamq; in omnes sine cuiusq; exclusione, fatemur: ut q; etiã ad inimicos diligēdos extēdatur. neq; ita ullis est addicta perso- Mat. 5  
 nis: ut alias à sui cōmuniōe secludat. nō tamē omnib<sup>o</sup> eadē ex cha- Cant. 2  
 ritate præstantur officia: sed cuiq; pro suo gradu & dignitate. Ordina-  
 nata siquidē à deo est charitas: & singulis quod suū est distribuit.  
 superioribus quidē: obedientiã & honorē. æqualibus uero: humi-  
 litatē & facilitatem cōgressionis. inferioribus autē: directionē & do-  
 cetrinã. Eadem quoq; propinrioribus & arcta societate cōiunctis  
 plura impartit officia: quod plus eis debeat. ijs uero q; debet mi-  
 nus: impendit minora, pro merito scilicet & gradu cuiusq;. Hanc  
 itaq; charitatē in omnes diffusam habēt religiosi, & ita obseruāt: ut  
 nullū, ex institutionē sua regulari, prosequātur odio. Attamē sine i-  
 psius charitatis offensione aut læsione, illis qui suæ sunt professio-  
 nis: ob eūdē societatis gradū impēdūt potiora charitatis obsequia,  
 alijs uero minora & inferiora: quod min<sup>o</sup> ipsis debeāt. In omnes ta-  
 mē: cōmunia charitatis officia, orationū suarū participationē bo-  
 norūq; operū cōmunicationē profundunt. ¶ Neq; ex eo quod ex III.  
 tra monasterij septa degentibus ægrotis aut pauperibus secularib<sup>o</sup>  
 non impendūt uisitacionē corporalē ac ministeriū religiosi: sumit  
 efficac argumentū: hos non habere in illos charitatem. Tū quod  
 illorum obsequiorū exhibitio, per exitū à monasterio faciēda: ne-  
 quaq; ad statum & cōditionē religiosorū attinet. Charitas autē syn-  
 cæra, semp̄ asseclā secū habet & comitē, discretionē: quę perspiciat  
 quid quęq; agere deceat, & cui, & quādo, & ubi, & quomodo. Tū  
 etiã quod alia sunt charitatis opera, q̄ loco uisitaciōis corporalis reli-  
 giosum dedecētis ob euagationē: exhibere possit cœnobita. huius-  
 modi egenis & ægrotis, sollicitatio scilicet sedula aliorū quos id de-  
 cet opus: ad uisitacionē illorū pauperū & erogacionē subsidij pecu-  
 niarū. frequēs item & assidua pro illorū salute ratio: & reliqua pia  
 studia, à religiosi officio nō abhorretia. quēadmodum in uicesimo  
 libri huius capite, abunde est dictum: & hic eadem repetisse, ferme  
 est ociosum. ¶ Quod si mōasteria aliqua inter se odio flagrēt dis-  
 sidentq;: ut obiectat hic Lutherus, si itidem unus in alium insur-  
 gat ordo monasticus, exercēs odia mutua dissentionesq; miscēs: id  
 ipsum non ex institutione monastica proficiscitur, cōmendate sum-  
 mopere pacem inter omnes & concordiam, sed ex eorū qui ab in-



LIBER TERTIVS

regra illius synœritate prolabunt, culpa: admittentiũ intra cordis sui penetralia tetrũ serpentis antiqui uirus, odiũ & rixas. **V**erũ ob hanc particulariũ religiosorũ præuaricationẽ, qui totũ monachalis disciplinæ institutũ damnandũ censuerit: eodẽ iure & legẽ euãgelicam disciplinamq; Christianam damnet oportet. quod plurimi eam professi, à synœra eius exorbitant obseruatione: inhiãtes opibus, indulgentes uoluptatibus, & mundi huius gloriã q̄rentes, cõtra sacratissima documẽta in euãgelio cõtẽta. Sed nõ ẽ à singulorũ qualitate: genus aliquod uitæ diiudicandũ, bonũ ne sit an malũ. quin poti⁹ ab institutis & legibus: quas obseruãdas proponit. **Q**ue si recte sunt & probæ, cõmendabile est & bonũ illud uitæ genus: etsi mali sint qui id ipsum professi, à rectis ipsius legibus aberrãt & discedunt. **¶** Neq; oscitanter aut perfunctorie id in præsentia est pertranseundũ: quod in hac obiectione Lutherus religiosi impingit, utpote quod omniũ substantiam deuorent. magno etiam in cõmodo uere pauperum. quod item uelut locustæ, erucæ & bruchi: aliorũ absumũt opes & facultates, quæ in egenorũ & mendicorũ uulgariũ sustentationẽ essent dispartiẽdæ. **Q**uibus sane uerbis improbat erogationem elemosynatum quæ fit religiosis paupertatem uoluntariam amplexatis: eamq; potius faciendã esse censet cecis, claudis & cæteris mendicis paupertatẽ necessariã tolerantibus. **N**imirũ hac in parte uidetur ipse persimilis Iudæ proditori: qui in cœna à Maria magdalena esse factã. causatus, multo satius unguentũ illud uenũdari debuisse: & preciũ eius dari pauperibus. **H**oc autẽ dixit (euangelista teste) non quia de egenis ad eũ pertineret, aut misericordia in eos moueretur: sed quia fur erat, & loculos habens. **H**aud aliter & hoc in loco Lutherus subindicat melius esse q̄d medicis publicis erogat elemosyna q̄ religiosis medicantibus: nõ quia eũ tãgat illoꝝ pauperũ uulgariũ cura uel sollicitudo. sed ut illorũ obtẽtu & prætextu impediãt uere pauperibus spiritu, & qui sua omnia pro Christo reliquerunt, ut nudi & expediti ipsum sequerentur: impartiri uitæ subsidiũ. In quo quidẽ improbo suo molimine, nõ modo impij **V**iclefi resuscitat execrabile dogma: sed & ipsius **V**igilanti hœretici, qui prohibuit sanctis pauperibus, Hierosolymis deo in mira uitæ austeritate seruiẽtibus, cõmunicationem sumptuum.

Matth. 26

Ioann. 12

Vigilantius.



sumptuum & eorum que ad uictum attinet, fieri. quemadmodum his uerbis testatur **Beatus Hieronymus**: in libro contra ipsum ædico. Præterea in eisdem ad me relatum est epistolis: quod contra auctoritatem apostoli **Pauli**, immo **Petri Ioannis & Iacobi**, qui dexteras dederunt **Paulo & Barnabæ** communicationis, & præceperunt eis ut pauperum memores essent: tu prohibeas **Hierosolymam** in usus sanctorum aliqua sumptuum solatia dirigi. ¶ Deinde productis aliquot scripturæ testimoniis, in gentem beati **Pauli** sollicitudinem atque curam pro ministerio eleemosynarum in sanctos pauperes **Hierosolymitanos** attestantibus: subiungit **Hieronymus**. Nūquid in alia parte terrarum, & in istis ecclesiis quas nascētes fide sua erudiebat **Paulus**: quod ab alijs acceperat, diuidere non poterat? Sed sanctorum locorum pauperibus dare cupiebat: qui suas pro Christo facultates relinquētes, ad dñi seruitutē tota mēte cōuersi sunt. Deinceps cōprobat idē, cum pauperibus omnibus porrigendam eleemosynam: tum istis præcipue, qui relictis omnibus in spontanea paupertate dominum sequuntur. Atqui tales, & sanctorum illorum pauperum (quos ut tutor ab apostolis constitutus, curabat **Paulus**) proxime æmuli: sunt religiosi, monasticam professi paupertatem, atque ultroneam medicinam amplexi. In illos igitur secundum **Hieronimi** sententiam, primum collocanda est eleemosyna: & erogatio stipendii. Deinde in cæteros pauperes, inopia ac egestate pressos ob necessitatem, etiam porrigenda est larga manus & adiutrix: ad subleuandam eorum penuriam. Neque id iniuria. Spontanea enim paupertas, ei quam infert necessitas, est præferenda: sicut & uoluntarium necessario. Pauperibus etiam spiritu & ultronea mente: regnum cælorum repromittitur, & istis qui reliquerint domum uel agros propter nomen dñi: centupla retributio ac æternæ uitæ possessio in mercedem est assignata. Denique ei qui uel dicitis omnibus & in pauperes erogatis Christum fuerit cōsecratus: thesaurus in celo, ad præmiū deputatur. Cæterum hanc bonorum temporalium in religiosos pauperes communicationem, primo etiam loco faciendam esse: deinde uero in reliquos pauperes uulgares, diffuse demonstrat eximius pater **Thomas Walden**: in capite centesimoprimo sui operis de sacramentalibus. Vbi ad retundendam **Viclefianam** improbitatem, oblatrantem contra communicationem bonorum temporalium, religiosi fieri solita: declarat multis sanctorum patrum testimonijs, illam summopere commendandam esse. ¶ Porro cum deinde **Luthe-**

**Hieronymus**  
Gala. 2

v.

Idem

Matth. 5

Matth. 19

Ibidem.

**Thomas**  
**Walden.**

vi.



rus in præfente obiectione uipereã exacuẽs linguã in quofuis religiofos: eos grauitè infectatur, quod pofitis manuũ operibus ociofi degunt: & ab alijs, uitæ fufentationẽ recipiunt fine labore corporali quæritante uictũ, cum fint robufti & fani: eò totam illã uerborum tragœdiam contorquet, quod fua quidẽ fentẽtia religiofi debeant proprijs laborate manibus: & quotidiano labore corporis, uictũ fibi neceffarium comparare. Quod fane improbũ dogma et peruerfum etiã mutuatus eft à fuo præceptore & magifiro erroze

**Viclefus** Viclefo: cuius uicesimus articulus inter quadragintaquinque dãnatos in facrofancta fynodo **Constantienfi**, eft ifte. **Conferens** elemofynã fratribus: ẽ excõmunicatus eo facto. **Vicesimus** aut̃ quartus: eft hic. **Fratres** tenentur per labores manuũ, uictũ acquirere & non per mendicitatẽ. **Verũ** contra utrunque perditiffimum dogmatiffẽ, & erroneã hanc atque fandalofam eoz̃ affertionẽ: in proxime fequẽte capite armatã inftuemus aciẽ. auxiliareſque petemus copias & tela literaria in eos uibranda: à fortiffimo pugile, & contra huiufmodi hoſtes certare doctiffimo, fancto **Thoma Aquina** te. qui in opufculo fuo contra impugnãtes religionẽ inſcripto, hã uefanã improbitatẽ, propofitionemque abfurdã de neceffario religioforũ labore corporali: copiofe & acute confutat. **Cuius** & nos ueftigijs quẽ proxime inherebimus: iſdẽ p̃p̃emodũ rationibus uſuri,

**Religiofos** non obligari de neceffitate falutis: ad labores manuũ exercẽdos pro uictũ cõparando. **Cap. XXIII.**



I.

**D**cõmonſtrandũ aut̃ propofitũ, in calce præcedentis capitis explicatũ: religiofos in quã non obſtringi diuina lege, ut per quotidianũ manuũ laborẽ fibi uictũ corporalẽ & neceffaria uitæ comparent: fit hæc prima ratio. **Chriſtus** in euangelio poſt ſuſceptum publicæ prædicationis officium: non legitur opus manuũ exercuiſſe ad neceffaria uitæ comparanda, quæ fibi debebantur ex miniſterio euangelizationis. neque recuſaſſe piatũ mulierum obſequia: quæ illi miniſtrabant de ſuis facultatibus. **Quinimmo** nec apoſtoliſ ſuis ad prædicandũ euangeliũ miſſis (cũ formã eis uitæ præſcriberet) iniũxit unquẽ: quẽ manuibus laboraret ad uictũ confequendũ, qui merito illis debebatur ab ijs, quibus uerbũ dei annũciabant. **Et** beato etiã **Paulo** debita erãt eodem iure neceſſaria uitæ quãuis

**Luce 8.**  
**Matth. 10**  
**1. Corin. 9**